



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Gvaltero Corinthiensi Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè
substituendis in perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

firma & illibata manere sancimus. Cimiteria quoque Ecclesiarum earumque beneficia nullus hereditario jure possideat. Quod si quis facere contendet, censura canonica compescatur. Prohibemus autem ne Presbyteri Capellani &c. usque irretitum habeatur. Prohibemus insuper ne interdictos vel excommunicatos &c. usque oporteat ligatum absolvvi. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum &c. usque usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. usque districte subjaceat ultiōni. Cunctis autem eidem loco &c. usque præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Colmidin Diaconi Cardinalis S.R.E. VIII. Kal. Iunij, Indictione xv. incarnationis dominice anno M C C X I I . pontificatus vero domini Innocentij Papæ III. anno quintodecimo.

GVALTERO CORINTHIENSIS
Archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

*Epiſt. 58.
Recipitur sub protectione ſedis apostolicae.*

Quanto diligenter & utilius vas electionis & doctor gentium Corinthiorum instruxit Ecclesiam, sicut ejus ad illos epistola missa declarant, tanto studioſius & cautiūs nos oportet inſistere ut eam in ipsius forma doctrinæ ſub apostolice ſedis magisterio conservemus, quæ nuper eandem ad ipsius obedientiam revertentem affluentem benignitate fuſcepit. Quocirca, venerabilis frater in Christo, propter ſpecialēm ipsius Corinthiensis Ecclesiae caritatem tuam volentes personam propensiūs honorare, propriis manibus confeſcravimus in Pontificem, & pallo insignivimus, pontificalis videlicet officij plenitudine, ut nihil tibi ex aliqua parte defit quod ad metropoliticam pertinet dignitatem. Quia vero nos ſuppliciter exoraſti ut eandem Corinthiensem Ecclesiam, cui Deo auctore praefere diſcoſeris, dignaremur apostolici privilegij munimine roborare, nos tuis iustis poftulationibus annuentes, eam ſub beati Petri & noſtra protectione fuſcipimus & praefentis scripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quacunque poſfessiones &c. usque illibata permaneant, in quibus haec &c. usque vocabulis. Locum ipsum &c. usque pertinentiū ſuis, casale quod dicitur Enoria, casale quod dicitur Petricia, casale quod dicitur Palagia, casale quod dicitur Calesmata, casale quod dicitur Cyrilla, casale quod dicitur Succhyna, casale quod dicitur Sorados, casale quod

dicitur Lavenicia, casale quod dicitur Clenna, casale quod dicitur Sarman, casale quod dicitur Crata, casale quod dicitur Quarrrata, & casale quod dicitur Saudyca, cum omnibus pertinentiis corundem. Episcopatus quoque inferius annotandos Ecclesiæ tuæ metropolitico jure ſubjectos tibi tuisque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus, videlicet Cephalonensem, lacint, Damelant, Malavelia, Argos, Gilas, & Gimenes. Palleo vero quod tibi ex apostolice ſedis benignitate contulimus infra tuam Eccleſiam &c. usque ſolemnitatibus beatorum Theodori & Stratilatis martyrum, & consecrationis tuæ anniversario die. Ad hæc, ipſi Corinthiensi metropoli ſuam provinciam confirmamus. Iura quoque ac bona ejus, dignitates & libertates ipsius, necon antiquas & rationabiles conſuetudines auctoritate apostolica roboramus, & tam tibi quam eidem Ecclesiæ firma & illibata manere sancimus. Cimiteria quoque Ecclesiarum, earumque beneficia &c. usque censura canonica compescatur. Prohibemus autem ne Presbyteri Capellani &c. usque irritum habeatur. Prohibemus insuper ne interdictos vel excommunicatos &c. usque oporteat ligatum absolvvi. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum &c. usque usibus omnimodis profutura. Salva ſedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. usque districte subjaceat ultiōni. Cunctis autem eidem loco &c. usque præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Colmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellerij xi. Kal. Iunij, Indictione xv. incarnationis dominice anno M C C X I I . pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno quintodecimo.

IACOBO ARCHIDIACONO
Corinthiensi.

Cum à nobis petitur &c. usque perducat effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iuftis poftulationibus gratio concurrentes aſſensu, archidiacontum Corinthiensem, quem per venerabilem fratrem noſtrum Corinthiensem Archiepiscopum es canonice aſſecutus, ſicut ipsum iuftè poſſides & quiete, devotione tuae auctoritate apostolica confirmamus & praefentis scripti privilegio communimus. Nulli ergo &c. confirmationis &c. usque incurſurum. Datum Laterani x. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno quintodecimo.